Quelle:
Copyright:

Epistola 3tia, rubro scriptum legitur: "Prologus epistole Jude", mira profecto scriptoris ofitantia. Quod attinet locum, 1. Joan. 5, v. 8. de tribus in celo testibus, codex noster sic: v. 7. "Quia tres sunt, qui testimonium "dant in celo, pater et verbum et spiritus sanctus, "et hi tres unum sunt; v. 8. et tres sunt qui testi. "monium dant in terra, spiritus et aqua et sanguis" Alterum itaque: "et hi tres unum sunt", in v. 8vo omissum; de quo S. Thomas ag. contra Joach. Abb. in secund. Decret. de Summ. trinit. et fid. cath. dicit esse appositum ab hereticis arianis. Cæterum antiquorum testimonia in hunc locum copiose colligit P. Sabatier in Bibl. lat. ant. vers. T. 3. p. 977. vid. etiam Biblia græca, edita a Griesbachio et Gr. Reuß Schrift. Kanons, 2. B. p. 203. sqq. et 421 sqq.

7. Epistola 1. Jude.

8. Apocalypsis Joan.

Pro coronide addo, in codice nostro plurimas ex. stare lectiones a vulgata versione variantes, mo. menti quidem raro gravioris, et plerumque ex omissione vel errore scriptoris ortas. Ætatem vero quod attinet, quis definire audeat, nulla vel scrip. toris v. temporis referente nota? Ego Seculo XIII. antiquiorem esse dicere nollem.